

Przewodnik

*do translatorium łacińskiego
semestr III: teksty Tomasza z Akwinu*

opracował Artur Andrzejuk
(na prawach maszynopisu)



Katedra Historii Filozofii Starożytnej i Średniowiecznej

Warszawa 2004

MOTTO

Dicebat Bernardus Carnotensis nos esse nanos, gigantium humeris incidentes, ut possimus plura eis et remotiora videre, non utique proprii visus acumine, aut eminentia corporis, sed quia in altum subvehimur et extollimur magnitudine gigantea. Joannis Saresberensis Metalogicus III, 4, PL 199, 900.

Życiorys św. Tomasz wraz z chronologią powstawania dzieł

ROK	ŻYCIE	DZIEŁA
1224/25	narodziny w zamku Roccasecca rodziny hr. Aquino	
1230/31 - 1239	oblatura w opactwie benedyktynów na Monte Cassino	
1243 -	studia na Uniwersytecie w Neapolu	
1244	wstąpienie do dominikanów	
1244 - 1245	uwięzienie w rodzinnym zamku	<i>De fallaciis ad quosdam nobilem artistat</i> <i>De propositionibus modalibus</i>
1245 - 1248	studia na Uniwersytecie Paryskim	
1248 - 1252	z Albertem Wielkim w Kolonii	
1252 - 1256	jako sentencjariusz na Uniwersytecie Paryskim	<i>Scriptum super libros Sententiarum</i> <i>De ente et essentia</i> <i>De principiis naturae</i>
1256 - 1259	pierwsza regensura na katedrze teologii	<i>Questiones de quodlibet (7-11)</i> Komentarze do pism Boecjusza (<i>De Trinitate, De hebdomadibus</i>) <i>Contra impugnantes Dei cultum et religionem</i> <i>De perfectione spiritualis vitae</i>
1259	pobyt u dominikanów w Valenciennes	<i>Ratio studiorum</i> OP <i>Summa contra gentiles</i> (początek)
1260 - 1261	w Neapolu	<i>Summa contra gentiles</i> (kontynuacja) <i>De articulis fidei et Ecclesiae sacramentis</i>
Od 1261	papieski lektor teologii w Orvieto	Komentarze do Pisma Świętego
1264		liturgia <i>Corpus Christi</i> <i>Summa contra gentiles</i> (koniec)

		<i>Contra errores Graecorum</i> <i>De rationibus fidei</i>
Od 1265	organizacja Studium Generalnego OP u św. Sabiny w Rzymie	<i>Quaestione disputate de potentia Dei</i> <i>Expositio super Dionysium „De divinis nominibus”</i> <i>De regno</i>
1266		<i>Summa theologiae (pars I)</i> <i>Quaestiones disputate de malo</i>
1266 - 1268		<i>Quaestiones disp. de spiritualibus creaturis</i> <i>De forma absolutionis</i>
1269 - 1272	druga regensura w Paryżu	<i>De secreto</i> <i>De motu cordis</i> <i>De regimine Judeorum</i> <i>De sortibus</i> <i>De mixione elementorum</i> <i>Questio disp. de anima</i> <i>Quaestio disp. de virtutibus in communi</i> <i>Quaestio disp. de de caritate</i> <i>Quaestio disp. de correctione fraterna</i> <i>Questio disp. de spe</i> <i>Quaestio disp. de virtutibus cardinalibus</i> <i>Quaestio disp. de unione verbi incarnati</i> <i>Contra retrahentes</i> <i>De unitate intellectus contra averroistas</i> <i>De aeternitate mundi</i> <i>Summa theologiae (pars II)</i> <i>Questiones de quodlibet (1-6, 12)</i> <i>Expositio super librum „De causis”</i> <i>Quaestiones disputate de veritate</i> <i>Compendium theologiae</i> <i>De substantiis separatis</i> Komentarze do pism Arystotelesa
Od 1272	katedra teologii na Uniwersytecie w Neapolu	<i>Summa theologiae (pars III)</i> Kazania (wielki post 1273)
6 XII 1273	zaprzestanie pracy	
7 III 1274	śmierć w opactwie cystersów w Fossanova	

Lectio prima

EPISTOLA DE MODO STUDENDI

List ten nie figuruje w żadnym wczesnym katalogu dzieł Tomasza, jednak większość uczonych przyjmuje jego autentyczność, pomimo słabych podstaw historycznych („prawdopodobnie autentyczny” – Weisheipl, „trochę wątpliwe dzieło” – Mandonnet). List podaje szesnaście reguł pożytecznego studiowania.

EPISTOLA DE MODO STUDENDI

Quia quaesisti a me, in Christo mihi carissime Ioannes, qualiter te studere oporteat in thesauro scientiae acquirendo, tale a me tibi traditur consilium:
ut per rivulos, non statim in mare, eligas introire, quia per faciliora ad difficiliora oportet devenire.

Haec est ergo monitio mea et instructio tua.

Tardiloquum te esse iubeo et tarde ad locutorium accedentem;
conscientiae puritatem amplectere.

Orationi vacare non desinas;
cellam frequenter diligas si vis in cellam vinariam introduci.

Omnibus te amabilem exhibe; nihil quaere penitus de factis aliorum;
nemini te multum familiarem ostendas, quia nimia familiaritas parit contemptum et subtractionis a studio materiam subministrat;
de verbis et factis saecularium nullatenus te intromittas;
discursus super omnia fugias;
sanctorum et bonorum imitari vestigia non omittas;
non respicias a quo audias, sed quidquid boni dicatur, memoriae recommenda; ea quae legis et audis, fac ut intelligas;
de dubiis te certifica;
et quidquid poteris in armariolo mentis reponere satage, sicut cupiens vas implere;
altiora te ne quaesieris.

Illa sequens vestigia, frondes et fructus in vinea domini sabaoth utiles, quandiu vitam habueris, proferes et produces. Haec si sectatus fueris, ad id attingere poteris, quod affectas.

Lectio secunda

DE PRINCIPIS NATURAE (fragmenta)

List do bliżej nieznanego brata Sylwestra na temat pryncypiów (zasad) natury został napisany w paryskim konwencie dominikanów pw. św. Jakuba, w czasie gdy Tomasz mieszkał tam jako *baccalarus Sententiarum* (1252 – 1256). Zwraca się uwagę, że doktryna o zasadach powstawania zmien (materia, forma i brak – *privatio*), jak również o czterech przyczynach tych zmian jest doładniejsza niż odpowiadający tym zagadnieniom wykład Arystotelesa (Fizyka I-II).

DE PRINCIPIS NATURAE

CAPUT 1

Nota quod quoddam potest esse licet non sit, quoddam vero est. illud quod potest esse dicitur esse potentia; illud quod iam est, dicitur esse actu. sed duplex est esse: scilicet esse essentiale rei, sive substantiale ut hominem esse, et hoc est esse simpliciter. est autem aliud esse accidentale, ut hominem esse album, et hoc est esse aliquid.

Ad utrumque esse est aliquid in potentia. aliquid enim est in potentia ut sit homo, ut sperma et sanguis enstruus; aliquid est in potentia ut sit album, ut homo. tam illud quod est in potentia ad esse substantiale, quam illud quod est in potentia ad esse accidentale, potest dici materia, sicut sperma hominis, et homo albedinis. sed in hoc differt: quia materia quae est in potentia ad esse substantiale, dicitur materia ex qua; quae autem est in potentia ad esse accidentale, dicitur materia in qua. item, proprie loquendo, quod est in potentia ad esse accidentale dicitur subiectum, quod vero est in potentia ad esse substantiale, dicitur proprie materia. quod autem illud quod est in potentia ad esse accidentale dicatur subiectum, signum est quia; dicuntur esse accidentia in subiecto, non autem quod forma substantialis sit in subiecto. et secundum hoc differt materia a subiecto: quia subiectum est quod non habet esse ex eo quod advenit, sed per se habet esse completum, sicut homo non habet esse ab albedine. sed materia habet esse ex eo quod ei advenit, quia de se habet esse incompletum. unde, simpliciter loquendo, forma dat esse materiae, sed subiectum accidenti, licet aliquando unum sumatur pro altero scilicet materia pro subiecto, et e converso.

Sicut autem omne quod est in potentia potest dici materia, ita omne a quo aliquid habet esse, quodcumque esse sit sive substantiale, sive accidentale, potest dici forma; sicut homo cum sit potentia albus, fit actu albus, per albedinem et sperma, cum sit potentia homo, fit actu homo per animam. et quia forma facit esse in actu, ideo forma dicitur esse actus. Quod autem facit actu esse substantiale, est forma substantialis, et quod facit actu esse accidentale, dicitur forma accidentalis.

Et quia generatio est motus ad formam, duplici formae respondet duplex generatio: formae substantiali respondet generatio simpliciter; formae vero accidentali generatio secundum quid. quando enim introducitur forma substantialis, dicitur aliquid fieri simpliciter. quando autem introducitur forma accidentalis, non dicitur aliquid fieri simpliciter, sed fieri hoc; sicut quando homo fit albus, non dicimus simpliciter hominem fieri vel generari, sed fieri vel generari album. et huic duplici generationi respondet duplex corruptio, scilicet simpliciter, et secundum quid. generatio vero et corruptio simpliciter non sunt nisi in genere substantiae; sed generatio et corruptio secundum quid sunt in aliis generibus.

Et quia generatio est quaedam mutatio de non esse vel ente ad esse vel ens, e converso autem corruptio debet esse de esse ad non esse, non ex quolibet non esse fit generatio, sed ex non ente quod est ens in potentia; sicut idolum ex cupro, ad quod idolum est (cuprum) in potentia, non in actu.

Ad hoc ergo quod sit generatio, tria requiruntur: scilicet ens potentia, quod est materia; et non esse actu, quod est privatio; et id per quod fit actu, scilicet forma. sicut quando ex cupro fit idolum, cuprum quod est potentia ad formam idoli, est materia; hoc autem quod est infiguratum sive indispositum, dicitur privatio; figura autem a qua dicitur idolum, est forma, non autem substantialis quia cuprum ante adventum formae seu figurae habet esse in actu, et eius esse non dependet ab illa figura; sed est forma accidentalis. omnes enim formae artificiales sunt accidentales. ars enim non operatur nisi supra id quod iam constitutum est in esse perfecto a natura.

CAPUT2

sunt igitur tria principia naturae, scilicet materia, forma et privatio; quorum alterum, scilicet forma, est id ad quod est generatio; alia duo sunt ex parte eius ex quo est generatio. unde materia et privatio sunt idem subiecto, sed differunt ratione. illud enim idem quod est aes est infiguratum ante adventum formae; sed ex alia ratione dicitur aes, et ex alia infiguratum. unde privatio dicitur esse principium non per se, sed per accidens, quia scilicet concidit cum materia; sicut dicimus quod hoc est per accidens: medicus aedificat: non enim ex eo quod medicus, sed ex eo quod aedificator, quod concidit medico in uno subiecto.

Sed duplex est accidens: scilicet necessarium, quod non sepaatur a re, ut risibile hominis; et non necessarium, quod separatur, ut album ab homine. unde, licet privatio sit principium per accidens, non sequitur quod non sit necessarium ad generationem, quia materia a privatione non denudatur; inquantum enim est sub una forma, habet privationem alterius, et e converso, sicut in igne est privatio aeris, et in aere privatio ignis. et sciendum, quod cum generatio sit ex non esse, non dicimus quod negatio sit principium, sed privatio, quia negatio non determinat sibi subiectum. non videt enim potest dici etiam de non entibus, ut chimaera non videt; et iterum de entibus quae non nata sunt habere visum, sicut de lapidibus. sed privatio non dicitur nisi de determinato subiecto, in quo scilicet natus est fieri habitus; sicut caecitas non dicitur nisi de his quae sunt nata videre.

Et quia generatio non fit ex non ente simpliciter, sed ex non ente quod est in aliquo subiecto, et non in quolibet, sed in determinato (non enim ex quolibet non igne fit ignis, sed ex tali non igne, circa quod nata sit fieri forma ignis), ideo dicitur quod privatio est principium. sed in hoc differt ab aliis, quia alia sunt principia et in esse et in fieri. ad hoc enim quod fiat idolum, oportet quod sit aes, et quod ultima sit figura idoli; et iterum, quando iam idolum est oportet haec duo esse. sed privatio est principium in fieri et non in esse: quia dum fit idolum, oportet quod non sit idolum. si enim esset, non fieret, quia quod fit non est, nisi in successivis. sed ex quo iam idolum est, non est ibi privatio idoli, quia affirmatio et negatio non sunt simul, similiter nec privatio et habitus. item privatio est principium per accidens, ut supra expositum est, alia duo sunt principia per se.

Ex dictis igitur patet quod materia differt a forma et a privatione secundum rationem. materia enim est id in quo intelligitur forma et privatio: sicut in cupro intelligitur figura et infiguratum. quandoque quidem materia nominatur cum privatione, quandoque sine privatione: sicut aes, cum sit materia idoli, non importat privationem, quia ex hoc quod dico aes, non intelligitur indispositum seu infiguratum, sed farina, cum sit materia respectu panis, importat in se privationem formae panis, quia ex hoc quod dico farinam, significatur indispositio sive inordinatio opposita formae panis. et quia in generatione materia sive subiectum permanet, privatio vero non, neque compositum ex materia et privatione, ideo materia quae non importat privationem, est permanens: quae autem importat, est transiens.

Sed sciendum, quod quaedam materia habet compositionem formae: sicut aes, cum sit materia respectu idoli, ipsum tamen aes est compositum ex materia et forma; et ideo aes non dicitur materia prima, quia habet materiam. ipsa autem materia quae intelligitur sine qualibet forma et privatione, sed subiecta formae et privationi, dicitur materia prima, propter hoc quod ante ipsam non est alia materia. et hoc etiam dicitur yle. et quia omnis definitio et omnis cognitio est per formam, ideo materia prima per se non potest cognosci vel definiri sed per comparisonem ut dicatur quod illud est materia prima, quod hoc modo se habet ad omnes formas et privationes sicut aes ad idolum et infiguratum. et haec dicitur simpliciter prima. potest etiam aliquid dici materia prima respectu alicuius generis, sicut aqua est materia liquabilium. non tamen est prima simpliciter, quia est composita ex materia et forma, unde habet materiam priorem.

Et sciendum quod materia prima, et etiam forma, non generatur neque corrumpitur, quia omnis generatio est ad aliquid ex aliquo. id autem ex quo est generatio, est materia; id ad quod est forma. si igitur materia vel forma generaretur, materiae esset materia, et formae forma, in infinitum. unde generatio non est nisi compositi, proprie loquendo.

Sciendum est etiam, quod materia prima dicitur una numero in omnibus. sed unum numero dicitur duobus modis: scilicet quod habet unam formam determinatam in numero, sicut socrates: et hoc modo materia prima non dicitur unum numero, cum in se non habeat aliquam formam. dicitur etiam aliquid unum numero, quia est sine dispositionibus quae faciunt differre secundum numerum: et hoc modo dicitur materia prima unum numero, quia intelligitur sine omnibus dispositionibus a quibus est differentia in numero.

Et sciendum quod licet materia non habeat in sua natura aliquam formam vel privationem, sicut in ratione aeris neque est figuratum neque infiguratum; tamen nunquam denudatur a forma et privatione: quandoque enim est sub una forma, quandoque sub alia. Sed per se nunquam potest esse, quia cum in ratione sua non habeat aliquam formam, non habet esse in actu, cum esse in actu non sit nisi a forma, sed est solum in potentia. et ideo quicquid est actu, non potest dici materia prima.

CAPUT 3

Ex dictis igitur patet tria esse naturae principia scilicet materia, forma et privatio. sed haec non sunt sufficientia ad generationem. Quod enim est in potentia, non potest se reducere ad actum: sicut cuprum quod est potentia idolum, non facit se idolum, sed indiget operante, qui formam idoli extrahat de potentia in actum. Forma etiam non extraheret se de potentia in actum (et loquor de forma generati, quam diximus esse terminum generationis); forma enim non est nisi in facto esse: quod autem operatur est in fieri, idest dum res fit. oportet ergo praeter materiam et formam esse aliquod principium quod agat, et hoc dicitur esse efficiens, vel movens, vel agens, vel unde est principium motus.

Et quia, ut dicit Aristoteles in secundo metaph., omne quod agit, non agit nisi intendendo aliquid, oportet esse aliud quartum, id scilicet quod intenditur ab operante: et hoc dicitur finis. Et sciendum, quod omne agens tam naturale quam voluntarium intendit finem, non tamen

sequitur quod omne agens cognoscat finem, vel deliberet de fine. cognoscere enim finem est necessarium in his quorum actiones non sunt determinatae, sed se habent ad opposita, sicut se habent agentia voluntaria; et ideo oportet quod cognoscant finem per quem suas actiones determinent. sed in agentibus naturalibus sunt actiones determinatae: unde non est necessarium eligere ea quae sunt ad finem.

Et ponit exemplum avicenna de citharaedo quem non oportet de qualibet percussione chordarum deliberare, cum percussiones sint determinatae apud ipsum; alioquin esset inter percussiones mora, quod esset absonum. magis autem videtur de operante voluntarie quod deliberet, quam de agente naturali. et ita patet per locum a maiori, quod possibile est agens naturale sine deliberatione intendere finem: et hoc intendere nihil aliud erat quam habere naturalem inclinationem ad aliquid. ex dictis ergo patet, quod sunt quatuor causae: scilicet materialis, efficiens, formalis et finalis. licet autem principium et causa dicantur convertibiliter, ut dicitur in quinto metaph., tamen aristoteles in lib. physic., ponit quatuor causas et tria principia. causas autem accipit tam pro extrinsecis quam pro intrinsecis. materia et forma dicuntur intrinsecae rei, eo quod sunt partes constituentes rem; efficiens et finalis dicuntur extrinsecae, quia sunt extra rem. sed principia accipit solum causas intrinsecas. Privatio autem non nominatur inter causas, quia est principium per accidens, ut dictum est. Et cum dicimus quatuor causas, intelligimus de causis per se, ad quas tamen causae per accidens reducuntur, quia omne quod est per accidens, reducitur ad id quod est per se.

Sed licet principia ponat Aristoteles pro causis intrinsecis in primophysic., tamen, ut dicitur in undecimo metaph., principium dicitur proprie de causis extrinsecis, elementum de causis quae sunt partes rei, id est de causis intrinsecis, causa dicitur de utrisque. Tamen aliquando unum ponitur pro altero. omnis enim causa potest dici principium, et omne principium causa. sed tamen causa videtur addere supra principium communiter dictum, quia id quod est primum, sive consequatur esse posterius sive non, potest dici principium, sicut faber dicitur principium cultelli, ut ex eius operatione est esse cultelli. Sed quando aliquid movetur de nigredine ad albedinem, dicitur quod nigrum est principium illius motus; et universaliter omne id a quo incipit esse motus dicitur principium: tamen nigredo non est id ex quo consequatur esse albedo. Sed causa solum dicitur de illo primo ex quo consequitur esse posterioris: unde dicitur quod causa est ex cuius esse sequitur aliud. Et ideo illud primum a quo incipit esse motus, non potest dici causa per se etsi dicatur principium: et propter hoc privatio ponitur inter principia, et non inter causas, quia privatio est id a quo incipit generatio. Sed potest etiam dici causa per accidens, in quantum concidit materiae, ut supra expositum est.

Elementum vero non dicitur proprie nisi de causis ex quibus est compositio rei, quae proprie sunt materiales. Et iterum non de qualibet causa materiali, sed de illa ex qua est prima compositio: sicut nec membra elementa sunt hominis, quia membra etiam sunt composita ex aliis; sed dicimus quod terra et aqua sunt elementa, quia haec non componuntur ex aliis corporibus, sed ex ipsis est prima compositio corporum naturalium. Unde aristoteles in quinto metaph. dicit quod elementum est id ex quo componitur res primo, et est in ea, et non dividitur secundum formam. Expositio primae particulae, ex quo componitur res primo, patet per ea quae diximus. Secunda particula, scilicet et est in ea, ponitur ad differentiam illius materiae quae ex toto corrumpitur per generationem: sicut panis est materia sanguinis, sed non generatur sanguis nisi corrumpatur panis; unde panis non remanet in sanguine: unde non potest dici panis elementum sanguinis. Sed elementa oportet aliquo modo manere, cum non corrumpantur, ut dicitur in libro de gener.. tertia particula, scilicet et non dividitur secundum formam, ponitur ad differentiam eorum scilicet quae habent partes diversas in forma, id est in specie, sicut manus, cuius partes sunt caro et ossa, quae differunt secundum speciem. Sed elementum non dividitur in partes diversas secundum speciem, sicut aqua, cuius quaelibet pars est aqua. Non enim oportet ad esse elementi ut non dividatur secundum quantitatem, sed sufficit si non dividatur secundum speciem: et si etiam non dividatur, dicitur elementum, sicut

litterae dicuntur elementa dictionum. Patet igitur quod principium quodam modo in plus habet se quam causa; et causa in plus quam elementum. et hoc est quod dicit Commentator in quinto metaph..

Lectio tertia

SUPER SENTENTIAS (fragmenta)

Komentarz do Sentencji Piotra Lombarda (pełny tytuł: *Scriptum super libros Sententiarum Petri Lombardi episcopi Parisiensis*) stanowił „pracę dyplomową” na średniowiecznym uniwersytecie. Powstał więc w paryskim konwencie dominikanów pw. św. Jakuba, w czasie gdy Tomasz mieszkał tam jako *baccalarus Sententiarum* (1252 – 1256). Dzieło składa się z czterech ksiąg, podzielonych na „dystynckcje” kwestie (lub „kwestyjki” – *questiuncula*), artykuły.

SUPER SENTENTIAS

Liber 1

Distinctio 1

Articulus 1

Utrum frui sit actus intellectus

[65] Super Sent., lib. 1 d. 1 q. 1 a. 1 arg. 1 Circa primum sic proceditur. Videtur quod frui sit actus intellectus. Nobilissimus enim actus est nobilissimae potentiae. Altissima autem potentia in homine est intellectus. Ergo, cum frui sit perfectissimus actus hominis, quia ponit hominem in suo fine ultimo, videtur quod sit actus intellectus.

[66] Super Sent., lib. 1 d. 1 q. 1 a. 1 arg. 2 Praeterea, sicut dicit Augustinus, visio est tota merces. Sed merces totius meriti consistit in fruitione divinitatis. Ergo fruitio est essentialiter visio. Sed visio est actus intellectus: ergo et fruitio.

[67] Super Sent., lib. 1 d. 1 q. 1 a. 1 arg. 3 Sed videtur quod sit actus voluntatis. Actus enim determinatur ex objecto. Sed objectum fruitionis est fruibile, quod est finis ultimus. Finis autem, cum rationem boni habeat, est objectum voluntatis. Ergo et frui est actus voluntatis.

[68] Super Sent., lib. 1 d. 1 q. 1 a. 1 arg. 4 Praeterea, Augustinus, definit fruitionem per voluntatem dicens: *fruimur cognitio, in quibus ipsis propter se voluntas delectata conquiescit*. Ergo magis videtur esse actus voluntatis quam intellectus.

[69] Super Sent., lib. 1 d. 1 q. 1 a. 1 arg. 5 Item, videtur quod sit actus omnium potentiarum. Praemium enim respondet merito. Sed homo meretur per omnes potentias. Ergo et secundum omnes praemiabitur. Sed praemium est ipsa fruitio: ergo fruitio est omnium potentiarum.

[70] Super Sent., lib. 1 d. 1 q. 1 a. 1 arg. 6 Praeterea, Augustinus dicit, quod homo inveniet pascua interius in divinitate salvatoris, et exterius in humanitate. Ergo videtur quod tam vires exteriores quam interiores fruentur.

[71] Super Sent., lib. 1 d. 1 q. 1 a. 1 arg. 7 Sed videtur quod nullius potentiae sit. Omnis enim actus denominatur a potentia cuius est, sicut intelligere ab intellectu. Sed frui non denominatur ab aliqua potentia. Ergo et cetera.

[72] Super Sent., lib. 1 d. 1 q. 1 a. 1 arg. 8 Unde ulterius quaeritur, cuius habitus actus sit: et videtur quod tantum caritatis. Sicut enim dicitur 1 Corinth. 13, caritas virtus perfecta est. Sed, secundum philosophum, felicitas est operatio virtutis perfectae. Ergo fruitio, in qua est tota nostra felicitas, est actus caritatis.

[73] Super Sent., lib. 1 d. 1 q. 1 a. 1 arg. 9 Hoc idem videtur ex definitione Augustini inducta in littera: *frui est amore inhaerere alicui rei propter seipsam*.

[74] Super Sent., lib. 1 d. 1 q. 1 a. 1 arg. 10 Sed videtur quod non tantum caritatis. Ad fruitionem enim tria concurrunt, perfecta visio, plena comprehensio, et inhaesio amoris consummati. Ergo videtur quod sit actus etiam succedentium fidei, et spei.

[75] Super Sent., lib. 1 d. 1 q. 1 a. 1 arg. 11 Praeterea, secundum fruitionem conjungimur Deo. Sed omnis virtus conjungit nos Deo, cum virtus sit dispositio perfecti ad optimum, ut dicitur in 7 Physic. Ergo fruitio est actus secundum omnem virtutem.

[76] Super Sent., lib. 1 d. 1 q. 1 a. 1 co. Respondeo dicendum, quod fruitio consistit in optima operatione hominis, cum fruitio sit ultima felicitas hominis. Felicitas autem non est in habitu, sed in operatione, secundum philosophum. Optima autem operatio hominis est operatio altissimae potentiae, scilicet intellectus, ad nobilissimum objectum, quod est Deus: unde ipsa visio divinitatis ponitur tota substantia nostrae beatitudinis, Joan. 17, 3: *haec est vita aeterna, ut cognoscant te solum Deum verum*. Ex visione autem ipsum visum, cum non videatur per similitudinem, sed per essentiam, efficitur quodammodo intra videntem, et ista est comprehensio quae succedit spei, consequens visionem quae succedit fidei, sicut spes quodammodo generatur ex fide. Ex hoc autem quod ipsum visum receptum est intra videntem, unit sibi ipsum videntem, ut fiat quasi quaedam mutua penetratio per amorem. Sic dicitur 1 Joan. 4, 16: *qui manet in caritate, in Deo manet et Deus in eo*. Ad unionem autem maxime convenientis sequitur delectatio summa; et in hoc perficitur nostra felicitas, quam fruitio nominat ex parte sui complementi, magis quam ex parte principii, cum in se includat quamdam delectationem. Et ideo dicimus quod est actus voluntatis, et secundum habitum caritatis, quamvis secundum ordinem ad potentias et habitus praecedentes.

[77] Super Sent., lib. 1 d. 1 q. 1 a. 1 ad 1 Ad primum ergo dicendum, quod appetitus semper sequitur cognitionem. Unde, sicut inferior pars habet sensum et appetitum, qui dividitur in irascibilem et concupiscibilem, ita suprema pars habet intellectum et voluntatem, quorum intellectus est altior secundum originem, et voluntas secundum perfectionem. Et similis ordo est in habitibus, et etiam in actibus, scilicet visionis et amoris. Fruitio autem nominat altissimam operationem quantum ad sui perfectionem.

[78] Super Sent., lib. 1 d. 1 q. 1 a. 1 ad 2 Et similiter etiam patet solutio ad secundum: quia visio non habet perfectam rationem felicitatis, nisi secundum quod est operatio perfecta per ea quae sequuntur. Perficit enim delectatio operationem, sicut pulchritudo juventutem, ut dicitur 10 Ethic.

[79] Super Sent., lib. 1 d. 1 q. 1 a. 1 ad 3 Alia duo concedimus.

[80] Super Sent., lib. 1 d. 1 q. 1 a. 1 ad 5 Ad aliud dicendum, quod inferiorum potentiarum non potest esse fruitio proprie dicta: non enim habent operationem circa finem ultimum, quem non apprehendunt, cum sint virtutes materiales; sed sicut nunc intellectus perficitur accipiendo ab inferioribus potentiis, ita erit in patria e converso, quod perfectio et gaudium superioris partis redundabit in inferiores potentias. Unde Augustinus: *sensus vertetur in rationem*, in quantum scilicet sua remuneratio et gaudium a ratione emanabit.

[81] Super Sent., lib. 1 d. 1 q. 1 a. 1 ad 6 Ad aliud dicendum, quod humanitas Christi non est ultimus finis: unde in visione ejus non erit proprie fruitio, sed erit quoddam accidentale gaudium, et non substantialis beatitudo.

[82] Super Sent., lib. 1 d. 1 q. 1 a. 1 ad 7 Ad aliud dicendum, quod quando aliquis actus est absolute alicujus potentiae, denominatur ab illa, sicut intelligere ab intellectu; sed quando est actus unius potentiae secundum ordinem ad alteram, a nulla denominatur; sicut scire est actus rationis secundum ordinem ad intellectum in quantum principia deducit in conclusiones; similiter frui est actus voluntatis consequens actum intellectus, scilicet apertam Dei visionem.

[83] Super Sent., lib. 1 d. 1 q. 1 a. 1 ad 8 Alia duo concedimus.

[84] Super Sent., lib. 1 d. 1 q. 1 a. 1 ad 10 Ad alia patet solutio per ea quae dicta sunt: quia, quamvis tria concurrant ad fruitionem, tamen in amore perficitur, ut prius, in corp. art., dictum est.

[85] Super Sent., lib. 1 d. 1 q. 1 a. 1 ad 11 Ad ultimum dicendum, quod aliae virtutes conjungunt Deo per modum meriti et dispositionis, sed sola caritas per modum perfectae unionis.

Lectio quarta

QUAESTIONES DISPUTATAE DE QUODLIBET (fragmenta)

Quaestiones disputatae de quodlibet stanowią (autoryzowane przez Tomasza) „protokoły” z autentycznych dysput uniwersyteckich, których charakterystyczną cechą była dowolność tematów, wnoszonych swobodnie przez uczestników dyskusji. W Paryżu dysputy takie odbywały się w okresie Adwentu i Wielkiego Postu. Nie wszyscy mistrzowie chętnie godzili się na prowadzenie quodlibetów, jednakże Akwinata widział w nich ważny element dydaktyki uniwersyteckiej, traktując je jako okazję do dyskusji na problemami nurtującymi samych studentów.

Quodlibety Tomasza dzieli się na dwie grupy, wiążąc je z dwiema „regensurami” paryskimi, jednakże datacja szczególnie drugiej grupy (1-6) nie jest ostateczna. Osobliwością zbioru jest quodlibet 12, odkryty dopiero po roku 1300 i stanowiący w istocie *reportatio*, czyli notatki sporządzone jeszcze przed ostatecznym rozstrzygnięciem problemu.

QUAESTIONES QUODLIBETALES

Quodlibet XII

Quaestio 2

Prooemium

Deinde quaesitum est de potentia Dei.

Et primo, utrum Deus possit facere contradictoria simul esse.

Secundo utrum possit facere infinita in actu.

Articulus 1

Utrum Deus possit facere contradictoria simul esse

Ad primum ergo dicendum, quod non: et hoc non importat in Deo imperfectionem potentiae, sed quia hoc non habet rationem possibilis. Nam omnis virtus activa producit effectum sibi similem. Omne autem quod agit, agit in quantum est ens actu. Ergo effectus agentis est ens actu. Quidquid ergo repugnat ei quod est esse actu, repugnat potentiae activae: quod esset, si contradictoria simul essent.

Articulus 2

Utrum Deus possit facere infinita in actu

Ad secundum dicendum, quod esse aliquid infinitum actu posset suspicari ex primo aspectu quod esset impossibile: quia sequeretur illud esse aequale Deo. Sed hoc non sequitur: quia ei quod est infinitum omnibus modis, non adaequatur illud quod est infinitum uno modo. Dato enim quod esset ignis infinitus secundum magnitudinem, non adaequabitur Deo: quia etsi sit infinitus ignis in quantitate, tamen est quid finitum specie; Deus autem omnibus modis est infinitus. Cum ergo quaeritur utrum sit possibile Deo facere aliquid infinitum in actu, dicendum quod non. Potentiae enim agenti per intellectum aliquid repugnat dupliciter: uno modo quia repugnat potentiae eius; alio modo quia repugnat modo quo agit. Primo modo non repugnat potentiae Dei absolutae, quia non implicat contradictionem. Sed si consideretur modus quo Deus agit, non est possibile. Deus enim agit per intellectum et per verbum, quod est formativum omnium; unde oportet quod omnia quae agit sint formata. Infinitum autem accipitur sicut materia sine forma; nam infinitum se tenet ex parte materiae. Si ergo Deus hoc ageret, sequeretur quod opus Dei esset aliquid informe; et hoc repugnat ei per quod agit, et modo agendi; quia per verbum suum omnia agit, quo omnia formantur.

Quaestio 3

Prooemium

Deinde quaesitum est de praedestinatione.

Utrum praedestinatio sit certa.

Et videtur quod non.

Quia possibile est praedestinatum damnari, sicut Petrum, si fuisset statim mortuus, quando peccavit Christum negando.

Si vero dicas quod praedicta locutio est de dicto vera, de re vero non; contra: quia hoc habet locum in formis separabilibus; sed haec forma quae est praedestinatio, est inseparabilis.

Respondeo.

Dicendum, quod praedestinatio est quaedam pars divinae providentiae. Providentia autem dicit directionem aliquorum in finem; et haec praesupponit scientiam et voluntatem. Sic ergo praedestinatio habet certitudinem ex parte scientiae Dei, qui non potest falli; et ex parte voluntatis divinae, cui non potest aliquid resistere; et ex parte providentiae, quae certissimo modo ducit ad finem, cum Deus sit sapientissimus.

Ad primum ergo dicendum, quod praedestinatio habet certitudinem, et tamen non est necessarium praedestinatum salvari, sed remanet contingens. Dictum est enim quod habet certitudinem ex scientia, voluntate et providentia; et nullum istorum contingentiam impedit. Scientia non, quia scientia Dei est futurorum prout sunt in praesenti, et secundum hoc sunt determinata. Voluntas non, quia voluntas Dei est principium totius entis, ergo non cadit sub ratione contingentiae vel necessitatis, sed haec effluunt et ordinantur ex Dei voluntate; et sic ipsa Dei voluntas facit quaedam contingentia, praeparando causas contingentes illis rebus quas vult esse contingentes; et similiter necessarias causas rebus et effectibus necessariis. Et sic voluntas Dei semper impletur; non tamen omnia necessario eveniunt, sed eo modo quod Deus vult ea esse: et vult quod sint contingenter. Providentia non, quia non tollit contingentiam.

Ad secundum dicendum, quod bona est distinctio. Sed ad obiectum de formis dicendum, quod aliter est de formis realibus, et aliter de praedicatis quae important aliquid pertinens ad actum rationis: quia in primis, scilicet realibus, si in eis debeat habere locum talis distinctio, oportet inesse separationem in re et in consideratione: in secundis non requiritur, sed oportet quod res illa cadat sub alia consideratione. Et sic dico, quod iste praedestinatus potest considerari vel ut in se, vel ut divinae cognitioni relatus; et sic uno modo attribuitur ei quod possit damnari, alio modo non.

Quaestio 8

Prooemium

Deinde quaesitum est de cognitione hominis.

Utrum intellectus humanus cognoscat singularia

Respondeo.

Dicendum, quod aliquid cognoscitur dupliciter: directe et indirecte, scilicet per reflexionem. Differt autem inter intellectum humanum et divinum, quia humanus non cognoscit directe singulare, divinus autem sic: quia cognitio fit per similitudinem cogniti in cognoscente; et haec est in intellectu nostro per abstractionem a conditionibus individuandis et a materia; et ideo, cum recta cognitio sit per speciem, ideo non cognoscit directe nisi universale. Intellectus autem divinus cognoscit non per similitudinem a re acceptam, sed per extensionem suae essentiae ad res; et haec similitudo, scilicet divina essentia, in Deo est omnium quae sunt in re, expressa similitudo: et ideo directe cognoscit quicquid est in re et quod pertinet ad materiam individualem. Sed quaerens philosophus si separatus est intellectus, et cognoscit quae sunt in materia; dicit, quod oportet quod hoc cognoscat et alia, sicut formas separatas cognoscit intellectu, et coniunctas materiae per imaginationem; aut alio modo, scilicet per extensionem, in quantum coniungitur phantasiae, quae repraesentat sibi phantasma. Et sic indirecte cognoscit.

Lectio quinta

DE REGNO (DE REGIMINE PRINCIPIUM) (fragmenta)

De regno list adresowany do Hugona II z Lusignan, króla Cypru. Gdy adresat nagle zmarł w grudniu 1267 r. Tomasz zaniechał dalszego pisania, ukończywszy czwarty rozdział księgi drugiej. Długo po śmierci Tomasza, w XIV wieku, Barłomiej (zwany też Ptolemeuszem) z Lukki „dokończył” traktat, zniekształcając pierwotną myśl Akwinaty.

DE REGNO LIBER II

Caput 4

Quod regio quam rex eligit ad civitates et castra instituenda debet habere amoenitates, in quibus cives sunt arcendi ut moderate eis utantur, quia saepius sunt causa dissolutionis, unde regnum dissipatur

Est etiam constituendis urbibus eligendus locus qui amoenitate habitatores delectet. Non enim facile deseritur locus amoenus, nec de facili ad locum illum confluit habitantium multitudo cui deest amoenitas, eo quod absque amoenitate vita hominis diu durare non possit. Ad hanc autem amoenitatem pertinet quod sit locus camporum planitie distentus, arborum ferax, montium propinquitate conspicuus, nemoribus gratus et aquis irriguus. Verum quia nimia amoenitas superflue ad delicias homines allicit, quod civitati plurimum nocet, ideo oportet ea moderate uti. Primo namque homines vacantes deliciis, sensu hebetantur. Immergit enim earum suavitas sensibus animam, ita quod in rebus delectantibus liberum iudicium habere non possunt. Unde secundum Aristotelis sententiam, prudentia iudicis per delectationem corrumpitur. Deinde delectationes superfluae ab honestate virtutis deficere faciunt. Nihil enim magis perducit ad immoderatum augmentum, per quod medium virtutis corrumpitur, quam delectatio: tum quia natura delectationis est avida, et sic modica delectatione sumpta praecipitatur in turpium delectationum illecebras, sicut ligna sicca ex modico igne accenduntur; tum etiam quia delectatio appetitum non satiat, sed gustata sitim sui magis inducit; unde ad virtutis officium pertinet, ut homines a delectationibus superfluis abstineant. Sic enim superfluitate vitata facilius ad medium virtutis pervenietur. Consequenter etiam deliciis superflue dediti mollescunt animo, et ad ardua quaeque attentanda nec non ad

tolerandos labores et pericula abhorrenda pusillanimes fiunt, unde et ad bellicum usum deliciae plurimum nocent, quia, ut Vegetius dicit in libro de re militari: minus timet mortem, qui minus deliciarum se novit habuisse in vita. Demum deliciis resoluti plerumque pigrescunt, et intermissis necessariis studiis et negotiis debitis, solis deliciis adhibent curam, in quas quae prius ab aliis fuerant congregata profusi dispergunt: unde ad paupertatem deducti, dum consuetis deliciis carere non possunt, se furtis et rapinis exponunt ut habeant unde possint suas voluptates explere. Est igitur nocivum civitati, vel ex loci dispositione, vel ex quibuscumque aliis rebus, deliciis superfluis abundare. Opportunum est igitur in conversatione humana modicum delectationis quasi pro condimento habere, ut animi hominum recreentur.

Lectio sexta

DE MIXTIONE ELEMENTORUM

De mixtione elementorum to krótki list adresowany do Filipa z Castrocaeli, dołączony potem do anonimowej kontynuacji Tomaszowego komentarza do *De generatione et corruptione* Arystotelesa.

DE MIXTIONE ELEMENTORUM

Dubium apud multos esse solet quomodo elementa sint in mixto. Videtur autem quibusdam quod, qualitatibus activis et passivis elementorum ad medium aequaliter reductis per alterationem, formae substantiales elementorum manent: si enim formae substantiales non maneant, corruptio quaedam elementorum esse videbitur et non mixtio. Rursus si forma substantialis corporis mixti sit actus materiae non praesuppositis formis simplicium corporum, simplicia corpora elementorum rationem amittent. Est enim elementum ex quo componitur aliquid primo, et est in eo, et est indivisibile secundum speciem; sublatis enim formis substantialibus, non sic ex simplicibus corporibus corpus mixtum componetur, quod in eo remaneant. Est autem impossibile sic se habere; impossibile est enim materiam secundum idem diversas formas elementorum suscipere. Si igitur in corpore mixto formae substantiales elementorum salventur, oportebit diversis partibus materiae eas inesse. materiae autem diversas partes accipere est impossibile, nisi praeintellecta quantitate in materia; sublata enim

quantitate, substantia indivisibilis permanet, ut patet in primo physic.. Ex materia autem sub quantitate existente, et forma substantiali adveniente, corpus physicum constituitur. Diversae igitur partes materiae formis elementorum subsistentes plurimum corporum rationem suscipiunt. Multa autem corpora impossibile est esse simul. Non igitur in qualibet parte corporis mixti erunt quatuor elementa; et sic non erit vera mixtio, sed secundum sensum, sicut accidit in aggregatione corporum insensibilium propter parvitatem. Amplius, omnis forma substantialis propriam dispositionem in materia requirit, sine qua esse non potest: unde alteratio est via ad generationem et corruptionem. Impossibile est autem in idem convenire propriam dispositionem, quae requiritur ad formam ignis, et propriam dispositionem quae requiritur ad formam aquae, quia secundum huiusmodi dispositiones ignis et aqua sunt contraria. Contraria autem impossibile est esse in eodem. Impossibile est igitur quod in eadem parte mixti sint formae substantiales ignis et aquae. Si igitur mixtum fiat remanentibus formis substantialibus simplicium corporum, sequitur quod non sit vera mixtio, sed solum ad sensum, quasi iuxta se positis partibus insensibilibus propter parvitatem. Quidam autem utrasque rationes vitare volentes, in maius inconueniens inciderunt. Ut enim mixtionem ab elementorum corruptione distinguerent, dixerunt formas substantiales elementorum aliquantulum remanere in mixto. Sed rursus ne cogerentur dicere esse mixtionem ad sensum, et non secundum veritatem, posuerunt quod formae elementorum non manent in mixto secundum suum complementum, sed in quoddam medium reducuntur; dicunt enim quod formae elementorum suscipiunt magis et minus et habent contrarietatem ad invicem. sed quia hoc manifeste repugnat communi opinioni et dictis aristotelis dicentis in praedic., quod substantiae nihil est contrarium, et quod non recipit magis et minus; ulterius procedunt, dicentes quod formae elementorum sunt imperfectissimae, utpote materiae primae propinquiores: unde sunt mediae inter formas substantiales et accidentales; et sic, in quantum accedunt ad naturam formarum accidentalium, magis et minus suscipere possunt. Haec autem positio multipliciter improbabilis est. Primo quidem quia esse aliquid medium inter substantiam et accidens est omnino impossibile: esset enim aliquid medium inter affirmationem et negationem. Proprium enim accidentis est in subiecto esse, substantiae vero in subiecto non esse. formae autem substantiales sunt quidem in materia, non autem in subiecto: nam subiectum est hoc aliquid; forma autem substantialis est quae facit hoc aliquid, non autem praesupponit ipsum. Item ridiculum est dicere medium esse inter ea quae non sunt unius generis; ut probatur in decimo metaph., medium enim et extrema ex eodem genere esse oportet; nihil igitur medium esse potest inter substantiam et accidens. deinde impossibile est formas substantiales elementorum suscipere magis et minus. omnis enim forma suscipiens magis et minus est divisibilis per

accidens, inquantum scilicet subiectum eam potest participare vel magis vel minus. secundum autem id quod est divisibile per se vel per accidens, contingit esse motum continuum, ut patet in sexto physic.. est enim loci mutatio et augmentum et decrementum, secundum quantitatem et locum quae sunt per se divisibilia; alteratio autem secundum qualitates quae suscipiunt magis et minus, ut calidum et album. si igitur formae elementorum suscipiunt magis et minus, tam generatio quam corruptio elementorum erit motus continuus. quod est impossibile. nam motus continuus non est nisi in tribus generibus, scilicet in quantitate et qualitate, et ubi, ut probatur in quinto physic.. amplius, omnis differentia secundum formam substantialem variat speciem. Quod autem recipit magis et minus, differt quod est magis ab eo quod est minus et quodammodo est ei contrarium, ut magis album et minus album. si igitur forma ignis suscipiat magis et minus, magis facta vel minus facta speciem variabit, et non erit eadem forma, sed alia. et hinc est quod philosophus dicit in octavo metaph., quod sicut in numeris variatur species per additionem et subtractionem, ita in substantiis. oportet igitur alium modum invenire, quo et veritas mixtionis salvetur, et tamen elementa non totaliter corrumpantur, sed aliquantulum in mixto remaneant. Considerandum est igitur quod qualitates activae et passivae elementorum contrariae sunt ad invicem et magis et minus recipiunt. ex contrariis autem qualitatibus quae recipiunt magis et minus constitui potest media qualitas, quae sapiat utriusque extremi naturam, sicut pallidum inter album et nigrum, et tepidum inter calidum et frigidum. sic igitur, remissis excellentiis qualitatum elementarium, constituitur ex his quaedam qualitas media, quae est propria qualitas corporis mixti, differens tamen in diversis secundum diversam mixtionis proportionem: et haec quidem qualitas est propria dispositio ad formam corporis mixti, sicut qualitas simplex ad formam corporis simplicis. sicut igitur extrema inveniuntur in medio, quod participat naturam utriusque, sic qualitates simplicium corporum inveniuntur in propria qualitate corporis mixti. qualitas autem simplicis corporis est quidem aliud a forma substantiali ipsius, agit tamen in virtute formae substantialis, alioquin calor calefaceret tantum, non autem per eius actionem forma substantialis educeretur in actum; cum nihil agat ultra suam speciem. sic igitur virtutes formarum substantialium simplicium corporum in corporibus mixtis salvantur. sunt igitur formae elementorum in corporibus mixtis non quidem actu, sed virtute: et hoc est quod aristoteles dicit in primo de gener.: non manent igitur elementa scilicet in mixto actu, ut corpus et album, nec corrumpuntur nec alterum nec ambo: salvatur enim virtus eorum.

Lectio septima

DE PRINCIPIS NATURAE

Dziełko napisane dla bliżej nieznanego brata Sylwestra u św. Jakuba w Paryżu. Zwraca się uwagę, że doktryna w nim wyłożona, dotycząca zasad powstawania zmian (materia, forma oraz brak) jest znacznie dokładniejsza od nauki Arystotelesa, przedstawionej w dwu pierwszych księgach *Fizyki*.

DE PRINCIPIS NATURAE - O pryncypiach natury

tł. Eryk Łażewski
(weryfikacja przekładu)

<p>CPI</p> <p>Nnota quod quoddam potest esse licet non sit, quoddam vero est. illud quod potest esse dicitur esse potentia; illud quod iam est, dicitur esse actu. sed duplex est esse: scilicet esse essentiale rei, sive substantiale ut hominem esse, et hoc est esse simpliciter. est autem aliud esse accidentale, ut hominem esse album, et hoc est esse aliquid.</p> <p>Ad utrumque esse est aliquid in potentia. aliquid enim est in potentia ut sit homo, ut sperma et sanguis enstruus; aliquid est in potentia ut sit album, ut homo. tam illud quod est in potentia ad esse substantiale, quam illud quod est in potentia ad esse accidentale, potest dici materia, sicut sperma hominis, et homo albedinis. sed in hoc differt: quia materia quae est in potentia ad esse substantiale, dicitur materia ex qua; quae autem est in potentia ad esse accidentale, dicitur materia in qua. item, proprie loquendo, quod est in potentia ad esse accidentale dicitur subiectum, quod vero est in potentia ad esse substantiale, dicitur proprie materia. quod autem illud quod est in potentia ad esse accidentale dicatur subiectum, signum est quia; dicuntur esse accidentia in subiecto, non autem quod forma substantialis sit in subiecto. et secundum hoc differt materia a subiecto: quia subiectum est quod non habet esse ex eo quod advenit, sed per se habet esse completum, sicut homo non habet esse ab albedine. sed materia habet esse ex eo quod ei advenit, quia de se habet esse incompletum. unde, simpliciter loquendo, forma dat esse materiae, sed subiectum accidenti, licet aliquando unum sumatur pro altero scilicet materia pro subiecto, et e converso.</p> <p>Sicut autem omne quod est in potentia potest dici materia, ita omne a quo aliquid habet esse, quodcumque esse sit sive substantiale, sive accidentale, potest dici forma; sicut homo cum sit potentia albus, fit actu albus, per albedinem</p>	<p>§ 1</p> <p>Znane jest, że coś może być chociaż nie ma go, coś zaś jest. O tym co może być mówi się, że jest w możności, o tym co już jest mówi się, że jest w akcie. Lecz podwójne jest bytowanie, mianowicie bytowanie istotowe rzeczy czyli substancjalne, że człowiek jest, i to jest bytowanie wprost, inne zaś jest bytowanie przypadłościowe, że człowiek jest biały, i to jest bytowanie jakiejś innej (esse aliquid).</p> <p>Odnosnie do obydwu bytowań jest coś w możności: coś bowiem jest w możności do bycia człowiekiem, jak nasienie i krew menstruacyjna, coś też jest w możności, do bycia białym, jako człowiek. Tak to, co jest w możności do bytowania substancjalnego (esse substantiale), jak i to co jest w możności do bytowania przypadłościowego (esse accidentale) można nazwać materią, lecz w tym różni się ponieważ materia która jest w możności do bytowania substancjalnego jest nazywana „materią z której” (materia ex qua), ta zaś która jest w możności do bytowania przypadłościowego jest nazywana „materią w której” (materia in qua). Podobnie właściwie powiedziawszy to, co jest w możności do bytowania przypadłościowego nazywa się podmiotem (subiectum), co zaś jest w możności do bytowania substancjalnego, nazywa się właściwie materią, co jest tak oznaczane (signum est) ponieważ mówi się, że przypadłości są w podmiocie, nie zaś dlatego, że forma substancjalna byłaby w podmiocie, i według tego różni się materia od podmiotu, ponieważ podmiotem jest to, co nie ma bytowania z tego, co dochodzi, lecz przez się ma bytowanie zupełne (esse completum), tak, jak człowiek nie ma bytowania przez białość (dzięki białości), lecz materia ma bytowanie z tego co do niej dochodzi, ponieważ z siebie ma bytowanie niezupełne (incompletum). Stąd wprost powiedziawszy forma daje bytowanie materii, lecz podmiot przypadłości, choć niekiedy jedno jest brane za drugie, mianowicie materia za podmiot i odwrotnie.</p> <p>Tak, jak zaś wszystko co jest w możności można nazwać materią, w ten sam sposób i wszystko przez co coś ma bytowanie, jakimkolwiek bytowanie to byłoby, czy substancjalne czy przypadłościowe, można nazwać formą: tak jak człowiek skoro jest w możności biały staje się w akcie biały przez białość, i nasienie skoro jest w możności</p>
---	--

<p>et sperma, cum sit potentia homo, fit actu homo per animam. et quia forma facit esse in actu, ideo forma dicitur esse actus. Quod autem facit actu esse substantiale, est forma substantialis, et quod facit actu esse accidentale, dicitur forma accidentalis.</p>	<p>człowiekiem staje się w akcie człowiekiem przez duszę, i ponieważ forma czyni bytowanie w akcie, stąd mówi się, że forma jest aktem, tym zaś co czyni w akcie bytowanie substancjalne jest forma substancjalna (forma substantialis), a to co czyni w akcie bytowanie przypadłościowe nazywa się formą przypadłościową (forma accidentalis).</p>
<p>Et quia generatio est motus ad formam, duplici formae respondet duplex generatio: formae substantiali respondet generatio simpliciter; formae vero accidentali generatio secundum quid. quando enim introducitur forma substantialis, dicitur aliquid fieri simpliciter. quando autem introducitur forma accidentalis, non dicitur aliquid fieri simpliciter, sed fieri hoc; sicut quando homo fit albus, non dicimus simpliciter hominem fieri vel generari, sed fieri vel generari album. et huic duplici generationi respondet duplex corruptio, scilicet simpliciter, et secundum quid. generatio vero et corruptio simpliciter non sunt nisi in genere substantiae; sed generatio et corruptio secundum quid sunt in aliis generibus.</p>	<p>A ponieważ powstawanie (generatio) jest ruchem ku formie (ad formam), podwójnej formie odpowiada podwójne powstawanie: formie substancjalnej odpowiada powstawanie wprost (simpliciter), formie zaś przypadłościowej powstawanie według czegoś (secundum quid). Kiedy bowiem wprowadzana jest forma substancjalna, mówi się, że coś się staje wprost, kiedy zaś jest wprowadzona forma przypadłościowa, nie mówi się że coś (aliquid) staje się wprost, lecz staje się to (hoc): tak jak kiedy człowiek staje się biały, nie mówimy wprost, że człowiekiem się staje albo rodzi, lecz staje się lub rodzi białe (album). I temu podwójnemu powstawaniu odpowiada podwójne giniecie (corruptio), mianowicie wprost i według czegoś. Rodzenie zaś i giniecie wprost nie występują jeśli nie w rodzaju substancji (są tylko w rodzaju substancji), lecz rodzenie i giniecie według czegoś są w innych rodzajach.</p>
<p>Et quia generatio est quaedam mutatio de non esse vel ente ad esse vel ens, e converso autem corruptio debet esse de esse ad non esse, non ex quolibet non esse fit generatio, sed ex non ente quod est ens in potentia; sicut idolum ex cupro, ad quod idolum est (cuprum) in potentia, non in actu.</p>	<p>A ponieważ powstawanie jest jakąś zmianą z nie bytowania (non esse) lub (nie) bytu (ens) do bytowania lub bytu, a przeciwnie zniszczenie powinno być (zmianą) z bytowania do nie bytowania, nie zaś z jakiegokolwiek nie bytowania staje się powstawanie, lecz z nie bytu który jest bytem możliwości: tak jak posąg z brązu, że posąg jest w możliwości, nie w akcie.</p>
<p>Ad hoc ergo quod sit generatio, tria requiruntur: scilicet ens potentia, quod est materia; et non esse actu, quod est privatio; et id per quod fit actu, scilicet forma. sicut quando ex cupro fit idolum, cuprum quod est potentia ad formam idoli, est materia; hoc autem quod est infiguratum sive indispositum, dicitur privatio; figura autem a qua dicitur idolum, est forma, non autem substantialis quia cuprum ante adventum formae seu figurae habet esse in actu, et eius esse non dependet ab illa figura; sed est forma accidentalis. omnes enim formae artificiales sunt accidentales. ars enim non operatur nisi supra id quod iam constitutum est in esse perfecto a natura.</p>	<p>Do tego więc żeby było powstawanie, trzy są potrzebne: mianowicie byt w możliwości (ens potentia), czym jest materia, i nie bytowanie w akcie czym jest brak (privatio), i to przez co staje się w akcie, mianowicie forma. Tak jak kiedy z miedzi staje się posąg, miedź że jest możliwością w stosunku do formy posągu jest materia, to zaś co jest nie ukształtowane czyli nie uporządkowane nazywa się brakiem; kształt (figura) zaś dzięki któremu mówi się że o posągu jest formą, nie zaś substancjalną (substantialis), ponieważ miedź przed przyjściem formy czyli kształtu ma bytowanie w akcie, jej bytowanie nie zależy od owego kształtu lecz jest formą przypadłościową (accidentalibus): wszelkie bowiem formy należące do zakresu sztuki (artificiales) są przypadłościowe, sztuka bowiem nie jest uprawiana jeśli nie w stosunku tego co już ukonstytuowane jest w bytowaniu doskonałym z natury.</p>
<p>CP2 sunt igitur tria principia naturae, scilicet materia, forma et privatio; quorum alterum, scilicet forma, est id ad quod est generatio; alia duo sunt ex parte eius ex quo est generatio. unde materia et privatio sunt idem subiecto, sed differunt ratione. illud enim idem quod est aes est infiguratum ante adventum formae; sed ex alia ratione dicitur aes, et ex alia infiguratum. unde privatio dicitur esse principium non per se, sed per accidens, quia scilicet concidit cum materia; sicut dicimus quod hoc est per accidens; medicus aedificat: non enim ex eo quod</p>	<p>§ 2. Są więc trzy pryncypia natury: materia, forma i brak, z których jedno, mianowicie forma, jest tym do czego dąży powstawanie, pozostałe dwa są z dziedziny (ex parte) tego z czego jest powstawanie. Stąd materia i brak są tym samym pod względem podmiotu (subiecto), lecz różnią się co do zasady (ratione), owo to samo czym jest miedź jest bezkształtne przed nadejściem formy, lecz na podstawie innej zasady (ex alia ratione) mówi się: miedź i na podstawie innej bezkształtne. Stąd brak mówi się że jest pryncypium nie przez się (per se) lecz przez przypadłość (per accidens), ponieważ mianowicie schodzi się z materia, tak, jak mówimy, że to jest przez przypadłość „lekarz buduje”: nie z</p>

<p>medicus, sed ex eo quod aedificator, quod concidit medico in uno subiecto.</p> <p>Sed duplex est accidens: scilicet necessarium, quod non sepaatur a re, ut risibile hominis; et non necessarium, quod separatur, ut album ab homine. unde, licet privatio sit principium per accidens, non sequitur quod non sit necessarium ad generationem, quia materia a privatione non denudatur; in quantum enim est sub una forma, habet privationem alterius, et e converso, sicut in igne est privatio aeris, et in aere privatio ignis. et sciendum, quod cum generatio sit ex non esse, non dicimus quod negatio sit principium, sed privatio, quia negatio non determinat sibi subiectum. non videt enim potest dici etiam de non entibus, ut chimaera non videt; et iterum de entibus quae non nata sunt habere visum, sicut de lapidibus. sed privatio non dicitur nisi de determinato subiecto, in quo scilicet natus est fieri habitus; sicut caecitas non dicitur nisi de his quae sunt nata videre.</p> <p>Et quia generatio non fit ex non ente simpliciter, sed ex non ente quod est in aliquo subiecto, et non in quolibet, sed in determinato (non enim ex quolibet non igne fit ignis, sed ex tali non igne, circa quod nata sit fieri forma ignis), ideo dicitur quod privatio est principium. sed in hoc differt ab aliis, quia alia sunt principia et in esse et in fieri. ad hoc enim quod fiat idolum, oportet quod sit aes, et quod ultima sit figura idoli; et iterum, quando iam idolum est oportet haec duo esse. sed privatio est principium in fieri et non in esse: quia dum fit idolum, oportet quod non sit idolum. si enim esset, non fieret, quia quod fit non est, nisi in successivis. sed ex quo iam idolum est, non est ibi privatio idoli, quia affirmatio et negatio non sunt simul, similiter nec privatio et habitus. item privatio est principium per accidens, ut supra expositum est, alia duo sunt principia per se.</p> <p>Ex dictis igitur patet quod materia differt a forma et a privatione secundum rationem. materia enim est id in quo intelligitur forma et privatio: sicut in cupro intelligitur figura et infiguratum. quandoque quidem materia nominatur cum privatione, quandoque sine privatione: sicut aes, cum sit materia idoli, non importat privationem, quia ex hoc quod dico aes, non intelligitur indispositum seu infiguratum, sed farina, cum sit materia respectu panis, importat in se privationem formae panis, quia ex hoc quod dico farinam, significatur indispositio sive inordinatio opposita formae panis. et quia in generatione materia sive subiectum permanet, privatio vero non, neque compositum ex materia et privatione, ideo materia quae non importat privationem, est permanens: quae autem importat, est transiens.</p>	<p>togo bowiem powodu, że jest lekarzem, lecz z tego, że jest budowniczym, co schodzi się z lekarzem w jednym podmiocie (in uno subiecto).</p> <p>Lecz podwójna jest przypadłość, mianowicie konieczna, która nie jest oddzielona od rzeczy, jak zdolność do śmiechu człowieka, i niekonieczna, która jest oddzielana, jak białe (album) od człowieka. Stąd chociaż brak jest pryncypium przez przypadłość, nie wynika z tego, że nie jest konieczny do powstawania, ponieważ materia z braku nie jest ogołociona (denudatur), na ile bowiem jest pod jedną formą, ma brak innej, i przeciwnie (e converso), tak jak w ogniu jest brak powietrza i w powietrzu brak ognia.</p> <p>I należy wiedzieć, że skoro powstawanie jest z nie bytowania, nie mówimy, że zaprzeczenie (negatio) jest pryncypium, lecz brak; ponieważ zaprzeczenie nie określa sobie podmiotu: „nie widzi” bowiem może być powiedziane także o nie bytach, jak „chimera nie widzi”, i z innej strony o bytach, nie urodziły się mając widzenie (non nata sunt habere visum), tak jak o kamieniach. Lecz brak nie mówi się, jeśli nie w stosunku do określonego podmiotu, w którym mianowicie zrodzone było powstanie właściwości (habitus), tak o ślepcie nie mówi się, jeśli nie w stosunku do tych, które urodziły się aby widzieć.</p> <p>I ponieważ powstawanie nie staje się z nie bytu wprost, lecz z nie bytu, który jest w jakimś podmiocie i nie w jakimkolwiek lecz w określonym - bowiem nie z jakiegokolwiek nie ognia staje się ogień, lecz z takiego nie ognia, z którym (circa quod) zrodzona byłaby gotowość do pojawienia się formy ognia - stąd mówi się, że brak jest pryncypium. Lecz w tym różni się od innych [pryncypiów] ponieważ inne są pryncypiami i w bytowaniu i w stawaniu się: do tego bowiem żeby stał się posąg, trzeba żeby była miedź i żeby ostatni był kształt posągu, i z drugiej strony kiedy już posąg jest trzeba tych dwóch bytowań; lecz brak jest pryncypium w stawaniu się a nie w bytowaniu, ponieważ dokąd staje się posąg trzeba żeby nie było posągu: jeśli bowiem jest, nie staje się, ponieważ to co staje się, nie jest jeśli nie w kolejno po sobie następujących etapach [stawania się]. Lecz z tego powodu, że posąg już jest, nie ma tam braku posągu, ponieważ twierdzenie (affirmatio) i przeczenie nie są razem, podobnie brak i własność. Zatem brak jest pryncypium przez przypadłość, jak wyżej wykazane było, pozostałe dwa są pryncypiami przez się.</p> <p>Z powiedzianych wyżej słów więc ukazuje się, że materia różni się od formy i od braku według zasady (secundum rationem). Materia bowiem jest tym w czym jest intelektem ujmowana forma i brak, tak jak w miedzi ujmuje się intelektualnie kształt i bezkształtne (infiguratum), ilekroć bowiem matena jest nazywana [materia] z brakiem, tylekroć [jest nazywana materia] bez braku: tak, jak miedź kiedy jest materia posągu, nie wnosi braku, ponieważ z tego że mówię „miedź” nie ujmuje się intelektualnie nie uporządkowanego czy bez kształtnego, lecz mąka skoro byłaby materia ze względu na chleb, wnosi w siebie brak formy chleba, ponieważ z tego, że mówię mąka, jest oznaczane nie uporządkowanie albo nie przyporządkowanie przeciwne formie chleba. I ponieważ w powstawaniu materia czyli podmiot pozostaje, brak zaś nie, ani złożenie (compositum), stąd materia, która nie wnosi braku jest pozostającą (permanens), która zaś wnosi jest przechodzącą.</p>
--	--

<p>Sed sciendum, quod quaedam materia habet compositionem formae: sicut aes, cum sit materia respectu idoli, ipsum tamen aes est compositum ex materia et forma; et ideo aes non dicitur materia prima, quia habet materiam. ipsa autem materia quae intelligitur sine qualibet forma et privatione, sed subiecta formae et privationi, dicitur materia prima, propter hoc quod ante ipsam non est alia materia. et hoc etiam dicitur yle. et quia omnis definitio et omnis cognitio est per formam, ideo materia prima per se non potest cognosci vel definiri sed per comparationem ut dicitur quod illud est materia prima, quod hoc modo se habet ad omnes formas et privationes sicut aes ad idolum et infiguratum. et haec dicitur simpliciter prima. potest etiam aliquid dici materia prima respectu alicuius generis, sicut aqua est materia liquabilium. non tamen est prima simpliciter, quia est composita ex materia et forma, unde habet materiam priorem.</p> <p>Et sciendum quod materia prima, et etiam forma, non generatur neque corrumpitur, quia omnis generatio est ad aliquid ex aliquo. id autem ex quo est generatio, est materia; id ad quod est forma. si igitur materia vel forma generaretur, materiae esset materia, et formae forma, in infinitum. unde generatio non est nisi compositi, proprie loquendo.</p> <p>Sciendum est etiam, quod materia prima dicitur una numero in omnibus. sed unum numero dicitur duobus modis: scilicet quod habet unam formam determinatam in numero, sicut socrates: et hoc modo materia prima non dicitur unum numero, cum in se non habeat aliquam formam. dicitur etiam aliquid unum numero, quia est sine dispositionibus quae faciunt differre secundum numerum: et hoc modo dicitur materia prima unum numero, quia intelligitur sine omnibus dispositionibus a quibus est differentia in numero.</p> <p>Et sciendum quod licet materia non habeat in sua natura aliquam formam vel privationem, sicut in ratione aeris neque est figuratum neque infiguratum; tamen nunquam denudatur a forma et privatione: quandoque enim est sub una forma, quandoque sub alia. Sed per se nunquam potest esse, quia cum in ratione sua non habeat aliquam formam, non habet esse in actu, cum esse in actu non sit nisi a forma, sed est solum in potentia. et ideo quicquid est actu, non potest dici materia prima.</p> <p>CP3 Ex dictis igitur patet tria esse naturae principia scilicet materia, forma et privatio. sed haec non sunt sufficientia ad generationem. Quod enim est in potentia, non potest se reducere ad actum: sicut cuprum quod est potentia idolum, non facit se idolum, sed indiget operante, qui formam</p>	<p>Lecz wiedzieć należy, że jakaś materia ma złożenie (compositionem) z formą, tak jak miedź skoro byłaby materia ze względu na posąg, sama jednak miedź jest złożona z materii i formy, i stąd miedź nie nazywa się materia pierwszą, ponieważ ma materię. Sama zaś materia, która jest ujmowana intelektualnie bez jakiegokolwiek formy i braku, ale leży pod formą i brakiem, nazywana jest materia pierwszą (materia prima) z powodu tego że przed nią nie ma innej materii: i to także nazywa się „hyle” (yle). I ponieważ wszelka definicja i wszelkie poznanie [są] przez formę, dlatego materia pierwsza przez się nie może być poznana lub zdefiniowana, lecz przez zestawienie, tak jak mówi się, że owym jest materia pierwsza, co tym sposobem ma się do wszystkich form i braków Jak miedź do posągu i nie ukształtowanego: i tą (materie) nazywa się wprost pierwszą. Można także coś nazwać materia pierwszą ze względu na jakiś rodzaj, tak Jak woda jest materia rozpuszczalnych nie jest jednak pierwszą [materia] wprost ponieważ Jest złożona z materii i formy, stąd ma materię wcześniejszą.</p> <p>I wiedzieć należy, że materia pierwsza, i także forma, nie powstaje ani nie podlega zniszczeniu, ponieważ wszelkie powstawanie jest do czegoś z czegoś: to zaś, z czego jest powstawanie jest materia, to zaś do czego jest forma: jeśli więc materia albo forma powstawałyby, byłyby materia materii i forma formy posuwając się do nieskończoności. Stąd powstawanie nie przysługuje jeśli nie złożonemu właściwie powiedziawszy.</p> <p>Wiedzieć należy także, że materia pierwsza jest nazywana jedną liczbą (numero) we wszystkich. Lecz jedną liczbą nazywa się dwoma sposobami, mianowicie, że ma jedną formę określoną w liczbie, tak jak Sortes: i tym sposobem materia pierwszą nie nazywa się jedno liczbą, skoro w sobie nie ma jakiej formy. Mówi się także coś jednego liczbą ponieważ jest bez podziałów, które czynią, że coś się różni według liczby: i tym sposobem nazywa się materię pierwszą jedno liczbą, ponieważ jest ujmowana intelektualnie bez wszystkich (żadnych) podziałów, przez które jest różnica w liczbie.</p> <p>I wiedzieć należy, że chociaż materia nie miałaby w swojej naturze jakiejś formy albo braku, tak jak w pojęciu miedzi ani nie ma ukształtowanego ani nieukształtowanego, to jednak nigdy nie jest ogołocona z formy i braku, ilekroć bowiem jest pod jedną formą tyle razy jest pod inną. Lecz przez się nigdy nie może bytować, skoro bowiem w ujęciu swoim (in ratione sua) nie miałaby jakiejś formy, nie miałaby wtedy bytowania w akcie, skoro bytowania w akcie nie byłoby jeśli nie przez formę (dzięki formie), lecz byłyby tylko w możliwości: i stąd cokolwiek jest w akcie nie może być nazwane materia pierwszą.</p> <p>§ 3. Z powiedzianych więc wyżej słów okazuje się, że są trzy pryncypia natury, mianowicie materia, forma i brak lecz te nie wystarczają do powstawania. Co bowiem jest w możliwości nie może się sprowadzać do aktu, taki jak miedź, która jest możliwością posągu, nie czyni się posągiem, lecz potrzebuje działającego, który formę posągu wydobędzie z możliwości do</p>
---	--

<p>idoli extrahat de potentia in actum. Forma etiam non extraheret se de potentia in actum (et loquor de forma generati, quam diximus esse terminum generationis); forma enim non est nisi in facto esse: quod autem operatur est in fieri, idest dum res fit. oportet ergo praeter materiam et formam esse aliquod principium quod agat, et hoc dicitur esse efficiens, vel movens, vel agens, vel unde est principium motus.</p>	<p>aktu. Forma także nie wydobylaby się z możności do aktu: i mówię o formie tego który powstał (de forma generati), o której mówimy że jest kresem powstawania; formy bowiem nie ma jeśli nie w bytowaniu dokonanym (in facto esse), to zaś dokonuje się w stawaniu, to jest dopóki rzecz staje się trzeba więc żeby oprócz materii i formy było jakieś pryncypium, które działa, i ono nazywa się bytowaniem sprawczym (sprawiającym - esse efficiens), albo poruszającym albo działającym, zwłaszcza stąd jest nazywane pryncypium ruchu.</p>
<p>Et quia, ut dicit Aristoteles in secundo metaph., omne quod agit, non agit nisi intendendo aliquid, oportet esse aliud quartum, id scilicet quod intenditurab operante: et hoc dicitur finis. Et sciendum, quod omne agens tam naturale quam voluntarium intendit finem, non tamen sequitur quod omne agens cognoscatfinem, vel deliberet de fine. cognoscere enim finem est necessarium in his quorum actiones non sunt determinatae, sed se habent ad opposita, sicut se habent agentia voluntaria; et ideo oportet quod cognoscant finem per quem suas actiones determinent. sed in agentibus naturalibus sunt actiones determinatae: unde non est necessarium eligere ea quae sunt ad finem.</p>	<p>I ponieważ, jak mówi Arystoteles w II księdze Metafizyki, wszystko, co działa nie działa jeśli nie dążeniem do czegoś, trzeba więc, żeby było coś czwartego, to mianowicie do czego dąży działający: i to nazywa się celem (finis). I to należy wiedzieć, że wszelki działający, tak w przyrodzie (naturale), jak i aktem woli (voluntarium), dąży do celu, nie wynika z tego jednak, że wszelki działający znałby cel albo zastanawiałby się nad celem. Znać bowiem cel jest konieczne w tych, których działania nie są zdeterminowane (determinate), lecz się odnoszą do przeciwieństw (opposita), tak jak się odnoszą (byty) działające aktem woli; i stąd trzeba żeby znały cel przez który swoje działania determinują. Lecz w działających w przyrodzie są działania zdeterminowane, stąd nie jest konieczne [dla nich] wybieranie tych, które są dla celu.</p>
<p>Et ponit exemplum avicenna de citharaedo quem non oportet de qualibet percussione chordarum deliberare, cum percussiones sint determinatae apud ipsum; alioquin esset inter percussiones mora, quod esset absonum. magis autem videtur de operante voluntarie quod deliberet, quam de agente naturali. et ita patet per locum a maiori, quod possibile est agens naturale sine deliberatione intendere finem: et hoc intendere nihil aliud erat quam habere naturalem inclinationem ad aliquid. ex dictis ergo patet, quod sunt quatuor causae: scilicet materialis, efficiens, formalis et finalis. licet autem principium et causa dicantur convertibiliter, ut dicitur in quinto metaph., tamen aristoteles in lib. physic., ponit quatuor causas et tria principia. causas autem accipit tam pro extrinsecis quam pro intrinsecis. materia et forma dicuntur intrinsecae rei, eo quod sunt partes constituentes rem; efficiens et finalis dicuntur extrinsecae, quia sunt extra rem. sed principia accipit solum causas intrinsecas. Privatio autem non nominatur inter causas, quia est principium per accidens, ut dictum est. Et cum dicimus quatuor causas, intelligimus de causis per se, ad quas tamen causae per accidens reducuntur, quia omne quod est per accidens, reducitur ad id quod est per se.</p>	<p>I przedstawia przykład Awicenna o cytarzyście, któremu nie trzeba o każdym uderzeniu strun rozmyślać, skoro uderzenia są zdeterminowane u niego. Inaczej byłyby między uderzeniami przerwy, co byłoby niestosowne. Bardziej więc widzi się o działającym aktem woli żeby rozważał niż o działającym w przyrodzie: i w ten sposób dzięki przykładowi z większego że możliwe jest aby działający w przyrodzie bez rozważania dążył do celu. I to dążenie niczym innym będzie niż posiadanie naturalnego skierowania (habere naturalem inclinationem) do czegoś. Z powiedzianych wyżej słów ukazuje się, że są cztery przyczyny, mianowicie materialna, sprawcza, formalna i celowa. Można zaś o pryncypium i przyczynie mówić zamiennie jak mówi się w V księdze Metafizyki, jednak Arystoteles w księdze Fizyk zakłada cztery przyczyny i trzy pryncypia, przyczyny zaś przyjmuje tak zewnętrzne, jak i wewnętrzne: materię i formę nazywa się wewnętrznymi (przyczynami) rzeczy dlatego że są częściami konstytuującymi byt, sprawczą i celową nazywa się wewnętrznymi [przyczynami] ponieważ są poza rzeczą, lecz za pryncypia uznaje tylko przyczyny wewnętrzne. Brak zaś nie jest zaliczany do przyczyn, ponieważ jest pryncypium przez przypadłość, jak powiedziane było. I kiedy mówimy - cztery przyczyny - rozumiemy, że chodzi o przyczyny przez się do których jednak przyczyny przez przypadłość są sprowadzane, ponieważ wszystko co jest przez przypadłość sprowadza się do tego, co jest przez się.</p>
<p>Sed licet principia ponat Aristoteles pro causis intrinsecis in primo physic., tamen, ut dicitur in undecimo metaph., principium dicitur proprie de causis extrinsecis, elementum de causis quae sunt partes rei, idest de causis intrinsecis, causa dicitur de utrisque. Tamen aliquando unum ponitur pro altero. omnis enim causa potest dici</p>	<p>Lecz chociaż Arystoteles w I księdze Fizyk za pryncypia uważa przyczyny wewnętrzne, jednak, jak mówi się w/ XI księdze Metafizyki, pryncypium mówi się właściwie o przyczynach zewnętrznych, element zaś o przyczynach które są częściami rzeczy, to jest o przyczynach wewnętrznych, przyczyną nazywa się przy tym i jedno i drugie, jednak niekiedy jedno Jest brane za drugie, wszelką bowiem</p>

<p>principium, et omne principium causa. sed tamen causa videtur addere supra principium communiter dictum, quia id quod est primum, sive consequatur esse posterius sive non, potest dici principium, sicut faber dicitur principium cultelli, ut ex eius operatione est esse cultelli. Sed quando aliquid movetur de nigredine ad albedinem, dicitur quod nigrum est principium illius motus; et universaliter omne id a quo incipit esse motus dicitur principium: tamen nigredo non est id ex quo consequatur esse albedo. Sed causa solum dicitur de illo primo ex quo consequitur esse posterioris: unde dicitur quod causa est ex cuius esse sequitur aliud. Et ideo illud primum a quo incipit esse motus, non potest dici causa per se etsi dicatur principium: et propter hoc privatio ponitur inter principia, et non inter causas, quia privatio est id a quo incipit generatio. Sed potest etiam dici causa per accidens, inquantum concidit materiae, ut supra expositum est.</p> <p>Elementum vero non dicitur proprie nisi de causis ex quibus est compositio rei, quae proprie sunt materiales. Et iterum non de qualibet causa materiali, sed de illa ex qua est prima compositio: sicut nec membra elementa sunt hominis, quia membra etiam sunt composita ex aliis; sed dicimus quod terra et aqua sunt elementa, quia haec non componuntur ex aliis corporibus, sed ex ipsis est prima compositio corporum naturalium. Unde aristoteles in quinto metaph. dicit quod elementum est id ex quo componitur res primo, et est in ea, et non dividitur secundum formam. Expositio primae particulae, ex quo componitur res primo, patet per ea quae diximus. Secunda particula, scilicet et est in ea, ponitur ad differentiam illius materiae quae ex toto corrumpitur per generationem: sicut panis est materia sanguinis, sed non generatur sanguis nisi corrumpatur panis; unde panis non remanet in sanguine: unde non potest dici panis elementum sanguinis. Sed elementa oportet aliquo modo manere, cum non corrumpantur, ut dicitur in libro de gener.. tertia particula, scilicet et non dividitur secundum formam, ponitur ad differentiam eorum scilicet quae habent partes diversas in forma, idest in specie, sicut manus, cuius partes sunt caro et ossa, quae differunt secundum speciem. Sed elementum non dividitur in partes diversas secundum speciem, sicut aqua, cuius quaelibet pars est aqua. Non enim oportet ad esse elementi ut non dividatur secundum quantitatem, sed sufficit si non dividatur secundum speciem: et si etiam non dividatur, dicitur elementum, sicut litterae dicuntur elementa dictionum. Patet igitur quod principium quodam modo in plus habet se quam</p>	<p>przyczynę można nazwać pryncypium i każde pryncypium przyczyną. Lecz jednak przyczyna wydaje się dodawać [coś] ponad pryncypium ogólnie omawiane, ponieważ to, co jest pierwsze, albo dlatego, że następuje po nim bytowanie następne albo nie, można nazwać pryncypium - tak, jak o rzemieślniku mówi się, że jest pryncypium małego noża gdyż z jego działania jest bytowanie małego noża (gdyż dzięki jego działaniu pojawia się bytowanie małego noża), lecz kiedy coś porusza się z czerni do bieli, mówi się, że czerń jest pryncypium owego ruchu i ogólnie o wszystkim tym od czego zaczyna się bytowanie ruchu mówi się, że jest pryncypium: jednak czerń nie jest tym z czego wynika to, że jest biel. Lecz tylko przyczyna mówi się o owym pierwszym, z którego następuje bytowanie późniejszego: stąd mówi się, że przyczyną jest to z którego wynika inne bytowanie (causa est ex cuius esse sequitur aliud); i stąd owo pierwsze od którego zaczyna się bytowanie ruchu nie może być nazwane przyczyną przez się, chociaż nazywane jest pryncypium, i z powodu tego brak jest umieszczany wśród pryncypiów a nie wśród przyczyn, ponieważ brak jest tym, od czego zaczyna się powstawanie; lecz można także powiedzieć przyczyna przez przypadłość na ile przypada materii, jak wyżej okazane było.</p> <p>O elemencie zaś nie mówi się właściwie, jeśli nie o przyczynach, z których jest złożenie (compositio) rzeczy, które właściwie są materialne; i z drugiej strony i nie o jakkolwiek przyczynę materialną (causa materiali) chodzi lecz o owe z których jest pierwsze złożenie tak jak nie są elementami człowiek jego członki, ponieważ członki także są złożone z innych: lecz mówimy, że ziemia i woda są elementami, ponieważ nie są one złożone z innych ciał, lecz z nich samych jest pierwsze złożenie ciał naturalnych. Stąd Arystoteles w V księdze Metafizyki mówi, że „elementem Jest to z czego jest złożona rzecz najpierw (primo), i jest w niej, i nie jest podzielone według formy”. Wyjaśnienie pierwszej części: „z czego jest złożona rzecz najpierw” jest jasne dzięki temu co mówiliśmy. Druga częśćka, mianowicie: „i Jest w niej”, jest przyjmowana dla odróżnienia od owej materii, która w całości jest zniszczona przez powstawanie, tak jak chleb jest materią krwi, lecz nie powstanie krew jeśli nie będzie zniszczony chleb, stąd chleb nie pozostaje w krwi: stąd nie można nazwać chleb elementem krwi; lecz trzeba aby elementy jakimś sposobem pozostały, skoro nie są niszczone, jak pisze się w księdze O powstawaniu. Trzecia częśćka: „i nie jest podzielone według formy” jest zakładana dla odróżnienia od tych mianowicie, które mają części różne w formie, to jest w gatunku, tak jak ręka, której częściami są ciało i kość, które różnią się według gatunku; lecz element nie dzieli się na części różne według gatunku, tak jak woda, której jakiegokolwiek częścią jest woda. Nie trzeba bowiem do bytowania elementu, żeby nie dzielił się według ilości, lecz wystarczy jeśli nie dzieli się według gatunku; i jeśli także nie dzieli się, nazywa się elementem, tak jak litery nazywa się elementami wykładu. Ukazuje się więc, że pryncypium jakimś sposobem więcej ma w sobie niż przyczyna, i przyczyna więcej niż element: i to jest to, o czym mówi Komentator w V księdze Metafizyki.</p>
---	---

<p>causa; et causa in plus quam elementum. et hoc est quod dicit Commentator in quinto metaph..</p> <p>CP4 Viso igitur quod quatuor sunt causarum genera, sciendum est quod non est impossibile quod idem habeat plures causas: ut idolum cuius causa est cuprum et artifex, sed artifex ut efficiens, cuprum ut materia. Non autem est impossibile ut idem sit causa contrariorum: sicut gubernator est causa salutis navis et submersionis, sed huius per absentiam, illius quidem per praesentiam. Sciendum est etiam quod possibile est ut aliquid idem sit causa et causatum respectu eiusdem, sed diversimode: ut deambulatio est causa sanitatis ut efficiens, sed sanitas est causa deambulationis ut finis: deambulatio enim est aliquando propter sanitatem. et etiam corpus est materia animae, anima vero est forma corporis. Efficiens enim dicitur causa respectu finis, cum finis non sit in actu nisi per operationem agentis: sed finis dicitur causa efficientis, cum non operetur nisi per intentionem finis. unde efficiens est causa illius quod est finis: ut sit sanitas; non tamen facit finem esse finem, et ita non est causa causalitatis finis, idest non facit finem esse finalem: sicut medicus facit sanitatem esse in actu, non tamen facit quod sanitas sit finis. Finis autem non est causa illius quod est efficiens, sed est causa ut efficiens sit efficiens: sanitas enim non facit medicum esse medicum (et dico sanitatem quae fit operante medico), sed facit ut medicus sit efficiens. Unde finis est causa causalitatis efficientis, quia facit efficiens esse efficiens: similiter facit materiam esse materiam, et formam esse formam, cum materia non suscipiat formam nisi per finem, et forma non perficiat materiam nisi per finem. unde dicitur quod finis est causa causarum, quia est causa causalitatis in omnibus causis. Materia enim dicitur causa formae, in quantum forma non est nisi in materia; et similiter forma est causa materiae, in quantum materia non habet esse in actu nisi per formam. materia enim et forma dicuntur relative ad invicem, ut dicitur in secundo physicorum. Dicuntur enim ad compositum sicut partes ad totum, et simplex ad compositum. Sed quia omnis causa, in quantum est causa, naturaliter prior est causato, sciendum quod prius dicitur duobus modis, ut dicit aristoteles in decimosexto de animal.; per quorum diversitatem potest aliquid dici prius et posterius respectu eiusdem, et causa et causatum. Dicitur enim aliquid prius altero generatione et tempore, et iterum in substantia et complemento. cum ergo naturae operatio procedat ab imperfecto ad</p>	<p>§ 4. Zobaczywszy więc, że cztery są gatunki przyczyn, należy wiedzieć, że nie jest nie możliwym, żeby to samo miało liczne przyczyny, jak posąg, którego przyczyną jest miedź i rzemieślnik, lecz rzemieślnik jako sprawca (przyczyna), miedź zaś jako materia. Nie jest zaś niemożliwym, żeby to samo było przyczyną przeciwieństw, tak jak sternik jest przyczyną ocalenia statku i zatopienia, lecz tego [drugiego] przez nieobecność, tamtego [pierwszego] zaiste przez obecność. Należy wiedzieć także, że możliwym jest żeby to samo było przyczyną i przyczynowanym ze względu na to samo, lecz w różny sposób: jak przechadzka jest przyczyną zdrowia jako [przyczyna] sprawcza, lecz zdrowie jest przyczyną przechadzki jako cel, przechadzka bowiem zdarza się kiedyś z powodu zdrowia; i tak ciało jest materią duszy, dusza zaś jest formą ciała. O sprawczej bowiem przyczynie mówi się ze względu na cel, skoro cel nie jest w akcie, jeśli nie dzięki czynności działającego, lecz o celu mówi się: przyczyna sprawcza, skoro się nie działa jeśli nie ze względu (intentio) na cel. Stąd sprawczą jest przyczyna owego, co jest celem, jak byłoby nim zdrowie, jednak nie czyni tego, że cel jest celem i w ten sposób nie jest przyczyną przyczynowości celu, to jest nie czyni tego, że cel jest czymś na końcu: tak jak lekarz czyni, że zdrowie jest w akcie, to jednak nie czyni tego, że zdrowie jest celem. Cel zaś nie jest przyczyną owego, co jest sprawcze, lecz jest przyczyną, że sprawcze jest sprawczym: zdrowie bowiem nie czyni tego, że lekarz jest lekarzem (i mówię zdrowie, które staje się dzięki działaniu lekarza), lecz czyni, że medyk jest sprawiającym. Stąd cel jest przyczyną przyczynowości [przyczyny] sprawczej, ponieważ czyni, że sprawcze jest sprawczym: podobnie czyni, że materia jest materią i forma jest formą, skoro materia nie przyjmuje formy jeśli nie dzięki celowi (per finem) i forma nie dokonuje materii jeśli nie dzięki celowi. Stąd mówi się, że cel jest przyczyną przyczyn, ponieważ jest przyczyną przyczynowości we wszystkich przyczynach. O materii bowiem mówi się, że jest przyczyną formy na ile forma jest na pewno w materii (non est nisi in materia); i podobnie forma jest przyczyną materii o ile materia nie ma bytowania w akcie jeśli nie dzięki formie (per formam): o materii bowiem i formie mówi się tylko jako o pozostających wzajemnie do siebie w relacji (relative), jak mówi się w drugiej księdze Fizyk (in secundo physicorum). Mówi się bowiem (o nich), że są w stosunku do złożonego (compositum) tak jak części (partes) do całego (totum), i proste (simplex) do złożonego. Lecz ponieważ wszelka przyczyna, o ile jest przyczyną, z natury (naturaliter) Jest wcześniej od przyczynowanego, należy wiedzieć, że o „wcześniej” mówi się dwoma sposobami, jak mówi Arystoteles w XVI księdze O zwierzętach, przez tych [sposobów] różnicę, można o czymś powiedzieć, że jest „wcześniej i później” mając wzgląd na to samo i również „przyczyną i przyczynowanym”. Mówi się bowiem o czymś, że jest wcześniej od innego pod względem powstawania i czasu, i z drugiej strony w substancji i całości</p>
---	--

<p>perfectum, et ab incompleto ad completum, imperfectum est prius perfecto, secundum generationem et tempus, sed perfectum est prius in complemento: sicut potest dici quod vir est ante puerum in substantia et complemento, sed puer est ante virum generatione et tempore. Sed licet in rebus generabilibus imperfectum sit prius perfecto, et potentia prior actu, considerando in aliquo eodem quod prius est imperfectum quam perfectum, et in potentia quam in actu, simpliciter tamen loquendo, oportet actum et perfectum prius esse: quia quod reducit potentiam ad actum, actu est, et quod perficit imperfectum, perfectum est. Materia quidem est prior forma generatione et tempore: prius enim est cui advenit, quam quod advenit. Forma vero est prior materia perfectione, quia materia non habet esse completum nisi per formam. Similiter efficiens prior est fine generatione et tempore, cum ab efficiente fiat motus ad finem; sed finis est prior efficiente in quantum est efficiens, in substantia et complemento, cum actio efficientis non compleatur nisi per finem. igitur istae duae causae, scilicet materia et efficiens, sunt prius per viam generationis; sed forma et finis sunt prius per viam perfectionis.</p>	<p>(complemento). Skoro więc natury działanie przechodzi od niedoskonałego do doskonałego i od niecałkowitego do całkowitego, nie doskonałe jest wcześniej od doskonałego według powstawania i czasu, lecz doskonałe jest wcześniej w spełnieniu tak, jak można powiedzieć, że mąż jest przed chłopcem w substancji i całości, lecz chłopiec jest przed mężem pod względem powstania (zrodzenia) i czasu. Lecz chociaż w rzeczach mogących powstawać nie doskonałe jest wcześniej niż doskonałe, możność wcześniej od aktu, rozważywszy, że w jakimś owym wcześniej jest niedoskonałe niż doskonałe i w możności niż w akcie, wprost jednak powiedziawszy, trzeba żeby akt i doskonałe wcześniej były, ponieważ to, co sprowadza możność do aktu w akcie jest i to co dokonuje nie doskonałe doskonałe jest. Materia zaiste jest wcześniej niż forma pod względem powstawania i czasu: wcześniej bowiem jest to czemu coś dochodzi niż to co dochodzi, forma zaś jest wcześniejsza od materii pod względem doskonałości, ponieważ materia nie ma bytowania spełnionego jeśli nie dzięki formie (przez formę - per formam). Podobnie sprawcza [przyczyna] jest wcześniejsza od celu pod względem powstawania i czasu, skoro dzięki przyczynie sprawczej dzieje się ruch do celu, lecz cel jest wcześniejszy od [przyczyny] sprawczej o ile jest sprawcza, w substancji i spełnieniu, skoro działanie przyczyny] sprawczej nie byłoby spełnione jeśli nie dzięki celowi. Więc owe dwie przyczyny, mianowicie materia i sprawcza, są wcześniejsze na drodze powstawania, lecz forma i cel są wcześniejsze na drodze doskonałości.</p>
<p>Et notandum quod duplex est necessitas: scilicet necessitas absoluta et necessitas conditionalis. Necessitas quidem absoluta est quae procedit a causis prioribus in viam generationis, quae sunt materia et efficiens: sicut necessitas mortis quae provenit ex materia et ex dispositione contrariorum componentium; et haec dicitur absoluta quia non habet impedimentum. Haec etiam dicitur necessitas materiae. Necessitas autem conditionalis procedit a causis posterioribus in generatione, scilicet a forma et fine: sicut dicimus quod necessarium est esse conceptionem, si debeat generari homo; et ista est conditionalis, quia hanc mulierem concipere non est necessarium simpliciter, sed sub conditione, si debeat generari homo. Et haec dicitur necessitas finis.</p>	<p>I należy wiedzieć, że podwójna jest konieczność, mianowicie konieczność bezwzględna (absoluta) i konieczność warunkowa (conditionalis). Koniecznością zatem całkowitą jest [ta], która pochodzi od przyczyn wcześniejszych na drodze powstawania, którymi [to przyczynami] są materia i [przyczyna] sprawcza. Tak jak konieczność śmierci, która wyrasta z materii i z dyspozycji (gotowości) przeciwnych części (componentium). I też mówi się: „[konieczność] całkowita”, ponieważ nie ma przeszkody (impedimentum) dla tej konieczności. Mówi się także o niej: „konieczność materii”. Konieczność zaś warunkowa pochodzi od przyczyn późniejszych w powstawaniu (in generatione), mianowicie formy i celu, tak jak mówimy, iż konieczne jest, że jest poczęcie, jeśli ma być zrodzony człowiek, I owa [konieczność] jest warunkową, ponieważ że ta kobieta pocznie nie jest konieczne wprost, lecz pod warunkiem: jeśli ma być zrodzony (generari) człowiek, I ta [konieczność] jest nazywana koniecznością celu.</p>
<p>Et est sciendum quod tres causae possunt incidere in unum, scilicet forma, finis, et efficiens: sicut patet in generatione ignis. Ignis enim generat ignem, ergo ignis est causa efficiens in quantum generat; et iterum ignis est forma in quantum facit esse actu quod prius erat potentia; et iterum est, finis in quantum est intentum ab agente et in quantum terminantur ad ipsum operationes ipsius agentis.</p>	<p>I trzeba wiedzieć, że trzy przyczyny mogą się pojawić (incidere) przy powstawaniu jednego [bytu], mianowicie forma, cel i [przyczyna] sprawcza: tak jak widać to w powstawaniu ognia. Ogień bowiem rodzi ogień, ogień więc jest przyczyną sprawczą, o ile rodzi. I z innej strony ogień jest formą o ile czyni, że w akcie jest coś, co wcześniej było możnością, I jeszcze z innej strony [ogień] jest celem, o ile jest zwrócony [ku czemuś] przez działającego i o ile jest ograniczony do siebie samego działaniami tego działającego (ipsius agentis).</p>
<p>Sed duplex est finis, scilicet finis generationis, et finis rei generatae: sicut patet in generatione</p>	<p>Lecz podwójny jest cel (finis), mianowicie cel powstawania (generationis) i cel rzeczy która powstała (rei generatae), tak jak jest to widoczne w powstawaniu małego noża: forma bowiem małego noża jest celem powstawania, lecz</p>

